

LECTIONES PVBLICAS ¹⁷
ET PRIVATAS,
PER INSTANS SEMESTRE HYEMALE
IN ACADEMIA LVDOVICIANA
DEO AVSPICE HABENDAS,
RECTOR
JAC. FRIDERICUS
MÜLLER,

ORDINARIVS PHILOSOPHIAE PROFESSOR,

CVM VNIVERSO
SENATV ACADEMICO

INDICIT, ET AD EAS, SEDVLO AVDIENDAS,
GENEROSOS NOBILISSIMOSQVE OMNIVM FACVL-
TATVM STUDIOSON PERAMANTER INVITAT,
D. VI. ID. SEPT. ANNO M DCC XXXVII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

GISSÆ, TYPIS EBERH. H. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.



In Facultate Theologica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

*Prof. P. Ord. Districtus Marburgo · Darmstad. Superintendens
& Consistorialis.*

Publice hor. XI breuem & succinctam tabulam chronologicam Oeconomiae V. T. beati Doct. MALL, quæ in omnium manibus esse potest, vna cum vberiori rerum, heic occurrentium, expositione præmittet. Priuatim ad b. D. RAMBACHII hermeneuticæ sacrae regulas Hor. IX. epistolam *Pauli ad Galatas* exponet, propositis subinde sermonum sacrorum, rite formandorum, exemplis, nec non *Theologiam Theoticam*, denuo resumet, inque hinc, ut & in aliis partibus auditores suos probe exercebit.

REINH. HENR. ROLLIUS, D.

*Prof. Publ. Ord. Consistorii Eccles. Assessor, & Districtus
Alsfeldensis Superintendens.*

Publice hora X. in Lectionibus, HISTORIÆ PASSIONIS DOMINICÆ superiore semestri æstivo impensis, bono cum Deo perget, id operam daturus, ut semestri hiberno, quod perpediem inchoaturi sumus, eadem absolvantur. DISPUTATIONES quoque, in SYLLOGEN CONTROVERSIARUM FECHTIANAM, publice hæctenus in Auditorio theologico diebus Mercurii & Jovis ab hora II. usque ad IV. habitas,

habitas, continuabit, in eo pariter & circa has futurus, ut tempore definito ad finem illæ deducantur. *Privatim* hora VII. matutina THEOLOGIÆ DOGMATICÆ, præterlapso semestri de novo inchoatæ, porro cum cura invigilabit, singulis capitibus historiam dogmatum, uti hæctenus, subjuncturus, & quo pacto omnia ad veræ pietatis praxin dirigenda sint, ostensurus.

ERNEST. FRID. NEUBAVER,

SS. Theol. D. eiusque Prof. publ. extraord.

PRaelectionibus *publicis* hora VIII. ex theologia dogmatica, ad ductum vener. D. LANGII *oeconomiae salutis evang.* tradenda, vberius præterita aestate pertractavit materias maxime fundamentales, easque his præcipue temporibus probe addiscendas, videlicet de immortalitate animae, (a qua auctor noster omnis theologiæ facit initium) de theologia naturali & revelata, de veritate religionis iudaicae & christianaë, denique etiam de scriptura sacra & analogia fidei: quibus nunc reliquas, Deo bene iuvante, doctrinas, eadem hora, superstruet, idque ea ratione, vt præcipuas simul controuersias, quanta fieri possit, breuitate attingat, omniaque ad solidum vsum ac fructum, ex theologia capiendum, referat. *Privatim* sese ad desideria Dn. auditorum accommodabit, in primis *exegetica* traditurus, &, si ita libuerit, præstantissimam Pauli ad *Romanos* epistolam (quam qui recte tenet & intelligit, totam velut theologiam tenere & intelligere credendus est) expositurus. Offert etiam collegium *homileticum* in b. D. RAMBACHII *praecepta homiletica*, iam an-

te annum breuiter, nunc vberius, explicanda perpetuaque praxi illustranda, disputationes quoque anti-Werthemienfes, *vindicias vniuersae theologiae christianae eiusque Mosaicae complexas, strenue continuaturus.*

In Facultate Iuridica.

Dr. JO. FRIEDER. KAYSER,

Consil. Hasso - Darmstatt. Antecessor & rerum Oeconomicarum in Alma Ludoviciana Inspector perpetuus.

Per instans semestre brumale Collegium Jurispubl. continuabit, & Deo vires sospitante, ad finem perducet. De novo Collegium Juris Feudalis aperiet, & in ceteris quoque legitimae scientiae partibus, pro desiderio Dn. Dn. Commilitonum, operam industriamque suam libenter impendet.

D. JOH. FRIED. WAHL,

Prof. Publ. Ord.

IN publicis Scholis *Institutiones D. Justiniani*, in privatis vero *Pandectas* ad finem perducet, neque iis, qui nova Collegia, ad jus feudale, criminale, canonicum vel etiam ad praxim forensam desiderabunt, defuturus.

JOH. HARTMUTH RAYS,

Jur. Utr. Lic. Prof. Publ. extraord. & Facult. Iurid. Assessor.

Lectiones ad Jurisprudentiam *Struvii* forensam tam publicas, quam privatas ad *Compend. Jur. Lauterb.* ea qua par est diligentia continuabit, ad eundem *Lauterbachium* novum collegium duabus per singulos dies horis habendum auspicatorum:

Jus

Jus germanicum quoque Autore celeberrimo *Heineccio* vel *Dre Engau* docebit: præterea *Institutiones Justinianeas* denuo præleget, commodisque illorum, qui vel exercitia disputatoria, siue intra privatos parietes, siue in auditorio publico instituenda, aliave legitimæ scientiæ collegia vel privata vel privatissima desiderabunt, lubens inserviet.

ERNEST. CHRISTOPHORVS ARNOLDI,

Jur. Utr. Lic. Prof. Jur. extraord. & Facult. Jurid. Assessor.

IN explicando *Jure publico* S. R. I. G. publice perget, & quæ ad *Jus privatum* ejusque *praxin* desiderabuntur Collegia, privatim aperiet. Exercitia quoque disputatoria, si placuerit, continuabit inque his reliquas sectiones de *Jure Conventientia quoad jus privatum & publicum*, porro proponet & disputando ventilabit; nec ulla in re deerit, ubi ipsi integrum fuerit, commodum cupidæ Legum elegantiorisque doctrinæ Juventutis promoverere.

In Facultate Medica.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,

P. P. O.

Publice, postquam superiori hyeme ossium doctrinam ad finem perduxit, juxta ductum Auctoris, quem secutus est, ad Sarcologiam progredietur: Privatim plantarum, quibus demonstrandis quarumque characteribus exponendis operam dedit hætenus, officinalium, vices tradet, ordinem pariter Turnefortii observaturus, LVD.

LVD. HENR. LEO HILCHEN,

D. & P. P. O.

Publice historiam Physiologiae praeleget. Privatim cursum universae medicinae, quem superiori semestri coepit, b.c.D., continuabit, nec in aliis artis salutaris partibus opellam suam desiderari patietur.

D. GERARDUS TABOR,

P. P. O.

Postquam ea, quae in Collegio Physiologico restant, absoluerit, Pathologicum subiunget & per instans semestre hybernum ad finem perducere adlaborabit.

In Facultate Philosophica.

CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Professor Philos. primar. Histor. & Bibliothecarius Acad.

Publice Historiam Germanicam recentioreni exquisitiori diligentia illustrabit. Privatim ab hora III. ad IV. post meridiem Historiam vniuersalem tradet; alia vero hora comoda interpretabitur strictius Pufendorfianam in Historiam particularem Introductionem; nec vlla alia in parte muneris sui ab officio cessaturus, si Deus vires animi & corporis integras praestiterit.

JACOBUS FRIDER. MÜLLER,

R. O.

Publice perget hora XI. ante meridiem in Ontologiam Wolfianam commentari, privatim hora II. pomeridiana tractabit

ctabit Logicam, hora IV. Theologiam naturalem: Prae-
 ctiones Juris N. hora, quæ hucusque Auditoribus placuit,
 continuabit.

IO. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. naturalis Profess. ordin.

IN exponenda horis publicis *Physica systematica*, cujus di-
 midiam fere partem jam absolvit, sedulo perget. Lectio-
 nibus privatis non solum ea, quæ nuper exorsus est, brevi
 tempore pertextet; verum etiam *argumentum* aliquod physi-
 cum *speciale*, quod quidem futuris auditoribus arriserit, per-
 tractabit. Nec cuiquam in *moralibus* s. *practicis* philosophiae
 partibus suam denegabit operam.

D. ERNEST. FRID. NEUBAVER

Antiqq. nec non Gr. & OO. LL. ordin. Prof.

Publice quidem in dictis scripturae probantibus, ex *ebraeo*
 pariter ac *graeco* fonte curate enarrandis; *privatim* au-
 tem in collegio cursorio *ebraico* in vniuersa biblia perget, co-
 lophonem huic, explicatis *Daniele, Esra, Nehemia* & duobus
chronicorum libris, additurus. Quumque in *Daniele* & *Esra*
 integra occurrant capita, *chaldaice* conscripta, *chaldaismi*
 quoque biblici praecepta, intra paucas horas facile perci-
 pienda, tradere secum constituit. Praeterea *pentateuchum* ebrai-
 cum exponet, obelo vbiq; notata versione *Werthemienfi*,
 collegium item cursorium in *novum test.* *graecum* institutu-
 rus, nec *antiquitates ebraicas* ac linguas in *oriente* cultas negle-
 cturus, si modo gratus Dn. Auditorum animus priuatum iis
 inseruendi studium excitet.

CHRIST.



CHRIST. LVD. GERSTEN,

Matth. P. O. & R. Soc. Lond. Sod.

Publice, quæ restant in Astron, Sphærica explicabit quibus absolutis ad Theoriam Planetarum tradendam perget. Privatim cursum mathematicum continuabit.

IO. HERMANNVS BENNER

Eloq. Prof. Ord. & Paedagogiarcha.

Publice romanam eloquentiam sobrie, veterum exemplo, docebit; poesin vtriusque linguae priuatim: ad publica quoque specimina paratus.

CHRISTOPH. LVD. RVDIGER

Prof. Phil. extra ordinem.

Praeterfluxa aestate de futuri ministri verbi qualitatibus indeam adaequatam in acroaterio suo posteaquam formauit, iuuat, Deo sospitante, ipsam oratoriam sacram nunc adgredi; nec non historiae litterariae realis, atque artis heraldicae, delicias iungere.

Habebunt etiam *Generosi & Nobilissimi Cives* commodissimam occasionem in arte equestri, in ludo palaestra, in arte commode & perite saltandi, nec non in linguis exoticis: Gallica, Italica, apud exercitiorum istorum, & linguarum magistros, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi partamque habilitatem perficiendi.

